

~~12~~

Regis Johannis Quod Feuda Civium  
Gorlicensium ante vasallorum mortem  
in alias personas non debeant  
transferri 1329.

Johannes Dei gratia Bohemia Rex ac Lu-  
cemburgensis Comes Ad universorum  
notitiam presentium volumus perve-  
nire, Quod Nos animadvertentes gra-  
ta fideliumq; servilia nostrorum fi-  
delium dilectorum Civium Civitatis  
Gorlicensis, quibus in conspectu Regis  
quam plurimum complacere curave-  
runt, volentesq; premissorum contem-  
platione eis Munificentia nostra dexte-  
ram extendere liberalem, quatenus fre-  
ti nostris Legalibus prestidij ad nostra  
servitia se erigant fortius in futurum,  
hanc gratiam duximus faciendam, Quod  
nulla bona Feudalia Civium nostrorum  
predictorum Gorlicensium, que nunc  
habent vel habere poterunt in futuro,  
que bona vulgariter *Lohn gült* nunc-  
cupantur per mortem seu aliam cau-  
sam quamcunq; in Districtu Gorlicen-

Bona feudalia  
Civium Gorlicen-  
sium non debent  
ante ipsorum  
mortem in ali-  
os transferri.